

## Aus Jakob Monaus Briefwechsel mit Beza.

„Jakob Monau, in gelehrter Muße in Breslau lebend, pflegte durch seinen fleißigen Briefwechsel alle die alten und weitausgebreiteten Verbindungen, durch welche Eratos Freundeskreis mit den namhaftesten Männern jener Zeit zusammenhing“, schreibt Gillet in seinem wertvollen, inhaltsreichen Buche „Erato von Crafftheim und seine Freunde“<sup>1)</sup>. Viele Fäden dieses gelehrten Freundeskreises liefen nach Genf zu dem geistesmächtigen Beza. Zu seinen Füßen hatte Monau Herbst und Winter 1574 gesessen und einen unauslöschlichen Eindruck von dem Reformator mitgenommen, als er März 1575 nach Heidelberg und von hier nach Nürnberg ging. Im Kreise der Bezaverehrer hier und dort und in seiner Vaterstadt<sup>2)</sup> war seine Zuneigung zu ihm noch gewachsen. Seines Lebens Stolz und Freude war es hinfort, die Verbindung mit dem großen Genfer aufrecht zu erhalten. Wie oft hat er ihm geschrieben, ihm

<sup>1)</sup> Vergl. Bd. II S. 393.

<sup>2)</sup> Der Kreis der Breslauer Bezafreunde und -verehrer ist noch größer gewesen, als Gillet vermuten läßt. Heidelberg, den 13. Februar 1571 empfiehlt Ursin den Breslauer Patriziersohn Karl Hornig. Er schreibt Beza: „Fuit iam aliquamdiu istie popularis et quondam discipulus meus Carolus Hornig, patritius Vratislaviensis, praeclara indole iuvenis. Talis enim fuit olim et confido etiam nunc esse. Is petit sibi meis literis aditum ad te patefieri. Fecissem ipsius mentionem in iis, quas nuper ad te dedi, nisi serius ipsius petitionem accepissem. Si igitur nondum istinc discessit (nam circa Calendas Martias Aurelium cogitabat), eum tibi, quanta possum diligentia, commendo“.

Kenntnisse gesandt, Kenntniss gegeben von den theologischen Kämpfen in Deutschland, ihm in den wärmsten Worten seine Liebe und Verehrung bezeugt! Wie aber Bezas umfangreicher Briefwechsel noch nicht veröffentlicht ist, zerstreut hier und dort sich findet, so schlummern auch Monaus Schreiben in den verschiedensten Archiven.

Aus dem wertvollen Codex A 405 (Bl. 289 ff.) in der Herzoglichen Bibliothek zu Gotha<sup>1)</sup> theile ich im folgenden sieben Briefe Monaus mit, dazu ein Schreiben Eratos an Beza. Gillet, der seine Nachrichten meist aus den Briefbänden der Breslauer Stadtbibliothek schöpfte, hat sie nicht gekannt. Er hätte sonst seine reichen Nachrichten nach mancher Seite hin noch ergänzen können. So gering die Zahl der hier gebotenen Monaubriefe ist, sie zeigen, wie herzlich das Verhältnis des Breslauer Patriziers zu seinem Genfer Lehrer war, welche Liebe auch dieser seinem fernen Schüler entgegenbrachte, wie lebendig und rege sich ihr Gedankenaustausch gestaltete. Meist gingen die Schreiben über Nürnberg, wo der Syndikus Christoph Herdesian<sup>2)</sup>, der Pfarrer Dürnhöfer, der Schulmann

<sup>1)</sup> Demselben Briefbände sind auch die in den Anmerkungen mitgetheilten Nachrichten entnommen.

<sup>2)</sup> Tief war der Schmerz über Herdesians Schlaganfall und Tod Ende 1585 in Genf und Breslau. Lorenz Dürnhöfer berichtet unter dem 17. Dezember d. J. Beza: „Herdesiani nostri casum communi tibi amico recensere cogor, sed sine lacrimis et ingenti dolore id non possum. Ille secunda dominica adventus, hoc est die 5. Decembris, una cum coniuge et reliqua familia, ut publicam contionem audiret, templum ingressus bene habuit, at sub finem contionis, cum versarer in explicatione dicti: „Attollite capita vestra, quoniam redemptio“ etc., et ipse sublato capite (quod ex suggestu observare potui, et ipse post paucas horas fassus est) ardentius precaretur, inter precandum primum vertigine capitis mox paralysi correptus et sedili suo excussus pronus concidit. Statim, ut apud nos fieri solet, magnus reliquorum auditorum concursus ac tumultus factus est, ita ut nusquam pateret exitus, itaque in meas aedes, quae templo sunt contiguae, celerrime delatus per eum diem in lectulo conquivit et vesperi demum in suam domum deportatus est. Totum latus sinistrum a cervice seu humero ad talum usque extinctum

Joachim Camerarius der Jüngere<sup>1)</sup>, Monaus Gastfreund, für ihre Weiterbeförderung sorgten. Als 1585 einmal ein Brief einen anderen Weg lief, in fremde Hände kam und geöffnet zu Monau gelangte, schrieb er es sofort Beza mit der Bitte, die Post doch nur durch die Nürnberger Freunde befördern zu lassen.

Für geschichtliche Fragen hatte Beza, der selbst als Historiker tätig war, ein lebhaftes Interesse. Monau schickte ihm deshalb Buchholzers 1580 erschienenen, einst so geschätzten „Index chronologicus“. Er vermittelte die Sendung der von Beza so heiß begehrten Handschrift „Les Chroniques de France von Jean Froissart“ aus der Rehderischen Bibliothek<sup>2)</sup>. Von ihm erbat er hinwieder für Dudith Scaligers geschichtliche Untersuchungen, für sich selbst die Schrift „L'état d'église“, dazu Kurfürst Augusts Antwort, als Beza ihm seine Streitschrift wider Selnecker gewidmet hatte. Mit Spannung wartete er auf einen Neudruck der *Juvenilia* Bezas, auf eine Fortsetzung seiner Geschichtsbilder (*Icones*), auf eine weitere Veröffentlichung seiner Briefe, auf eine Neuauflage seines

*sensu et motu caret veterno oppressus perpetuo fere dormit, alioqui mente memoriaque sibi constat optime ac sermone utitur solito, hoc est, integro et distincto. Vires prostratae languent et tamen, cum animo adhuc sit praesentissimo, medicinam libenter admittit. Sed plura prae dolore non possum. Haec tantum scribere potui, ut optimum ac praestantissimum virum vestrae quoque ecclesiae precibus commendarem“.*

<sup>1)</sup> Auch die Schreiben Dudiths nach Genf gingen durch Camerarius Hände. Vergl. Wotschke, Briefwechsel der Schweizer mit den Polen. S. 329 f. Nürnberg, den 20. Juli 1570 (?) schreibt der jüngere Camerarius Beza: „De d. Dudithio nihil iamdudum audivimus. Fecit hoc me subvereri ea, quae tu times. Utinam salva sint penes ipsum omnia, quod ut brevi resciscam, dabo diligenter operam. Quod scribis de tuis commentariis primi istius funesti belli civilis in Gallia, ante audiveram ex fratre Philippo eiusque nobis copiam primo quoque tempore fieri posse optaremus. Nec minus cupide a plurimis expectantur scripta Athanasii huic tempori accommodatissima, quorum facis mentionem in literis Dernhöferi nostri“.

<sup>2)</sup> Vergl. *Beilage VII und VIII und Gilet II S. 547.*

griechischen Neuen Testamentes<sup>1)</sup>. Für seine Handschriften-  
sammlung bittet er um ein Schreiben des Theologen  
Chandieu, den er mit seinem hebraisirten Namen Sadeel  
nennt. Aber vor allem sind es doch theologische Fragen, die in  
den Briefen wiederklingen. über die Rechtfertigung hatten  
Crato und Monau ihre Gedanken ausgetauscht, sie bitten

<sup>1)</sup> Vergl. VII. Am 19. Juni 1586 schrieb Friedrich Sylburg aus  
Frankfurt an Beza: „Wecheli haeredibus operam navo in bonis  
utriusque linguae autoribus edendis. In quo genere Pausaniam  
ante paucos annos absolvimus, inde Aristotelis aliquot tomos et  
Dionysii Halicarnassei tomum priorem historicum, in altero nunc  
versamur daturi non tantum vulgatos hucusque libros, sed duos  
etiam alios tractatus nondum editos, alterum de Thucydidis historia  
ad Q. Aelium Tuberonem, alterum περὶ δεινότητος, quos dum in  
dies ab amicis expectamus, interea ceteris absolutis Aristotelis  
politica et oeconomica recudimus. Inde ad alteros duos tomos, qui  
nobis in eo autore soli sunt reliqui, accedemus et, si deus pro-  
gressus nostros secundare perrexerit, proxima hieme illos quoque,  
ut speramus, expediemus. His finitis biblia Graeca iam pridem a  
nobis efflagitata statuimus aggredi. In quorum editione quia  
magnorum virorum opé nos indigere sentimus, ad te quoque  
confugimus ac pro tuo erga ecclesiam pio atque indefesso  
studio rogamus, ut, quidquid vel ipse habes vel ab aliis  
amicis impetrare potes, benigne nobiscum communices.  
Intelleximus ex amicorum quorundam literis Romae novam editionem  
a pontifice adornari, sed experiemur etiam nos, an aliquid ad ecclesiae  
aedificationem possimus conferre. Si ergo vel exemplar habes  
vetustum vel emendationes aliquas aut aliud, quod insti-  
tutum nostrum adiuvare queat, oro, ne nobis et ecclesiae  
desis“. Joh. Jak. Gryndäus hatte schon unter dem 24. Oktober 1579 aus  
Basel an Beza geschrieben: „Literas tuas et una codicem Athanasii accepi  
et de graecolatini Athanasii editione cum propinquo meo Eusebio Epis-  
copii contuli. Etsi autem is circiter 500 latina exemplaria habet, quia  
tamen moram aliquam illis distrahendis necessariam interventuram  
sibi persuadet, suam operam ad novam editionem tibi offert . . . Opus  
est ecclesiae nova editione novi testamenti cum annotationibus  
tuis, ac video plurimos identidem exemplaria desiderare. Paratus  
autem est Episcopus opus illud cum dignitate ac diligenter recudere,  
modo tua pace id fieri queat et exemplar subministres. Ac si hoc  
praestare nobis integrum tibi esset, vellem scholia marginalia  
euchiridii tui adiungi operi renascenti. Quaeso etiam, ut psalmos  
manusculis literis excudi cures“.

Beza, ihnen seine Auffassung zu schreiben<sup>1)</sup>. Die Prädestinationslehre hatte Monau lange bewegt. Schon vor Jahren hatte er sich ihretwegen an Ursin gewandt, von ihr mit Crato noch an dessen Sterbebette gesprochen, jetzt drückt sie ihm die Feder in die Hand zu einem Schreiben an den berühmten Kirchenlehrer wie auch an Bezel<sup>2)</sup>, den einstigen Wittenberger Philippisten. Dieser Melanchthon-schüler, der selbst die volle calvinische Prädestinationslehre sich angeeignet hatte, versprach ihm, in einem neuen Bande der Werke Melanchthons, die er herausgab, den Einklang des anscheinend so verschiedenen melanchthonischen und kalvinischen Standpunktes in diesem Vehrstück zu zeigen.

Bezass Erklärung der Genesiß hätte Monau besonders gern in Händen gehabt, verschiedentlich wendet er sich deshalb an ihn. Besonders aber ist es der Streit um die Abendmahlislehre, der Gegensatz zu den Lutheranern, in den uns die Briefe hineinschauen lassen. Daneaus Streit-schrift wider Chemnitz' „*Examen libri de duabus in Christo naturis*“ hatte ein Unbekannter beantwortet, Chemnitz selbst,

<sup>1)</sup> Vergl. Beilage VI. Im Jahre 1576 wollte Beza den Kurfürsten August ob seiner despotischen Härte wider die Kryptocalvinisten öffentlich angreifen, aber Rudolf Gualther riet ihm ab. Am 25. April d. J. schrieb er ihm: „Cum quarta huius mensis ad postremas tuas literas, quas 17. Martii dederas, responderem, excidit mihi, quod rogaras, num ego expedire putem, ut aliquid in Augustum Saxonem scribatur, sicuti olim Lutherus adversus Angliae regem scripsit. Ego vero non puto hoc consultum fore aut ex eo aliquid emolumenti ad causam nostram posse redire. Merebatur certe istius principis inconsulta audacia, ut toti mundo non deridendus modo, sed conspuendus propinaretur. Sed hic mihi locum habere videtur vatus illud dictum: Non est tutum scribere adversus eos, qui possunt proscribere.“

<sup>2)</sup> Vergl. Beilage III. Sein Name wurde vielfach mit dem Bezass in Verbindung gebracht. Am 5. April 1584 schreibt er davon an Beza: „Qui causam nostram oderunt per Germaniam, longo iam tempore nominis tui cum meo similitudinem probri quidem loco, ut ipsi putant, sed ut ego iudico, magno meo cum honore mihi obiciunt, cum Bezelium, quod familiae meae nomen est, quasi parvulum quendam Bezae sectatorem interpretantur.“

dessen Ausführungen ein scharfes Vorwort vorangeschickt <sup>1)</sup>. Mit Schmerzen hatte es Monau gelesen und sich an Brenz' und Westphals Testament, an Wigands „de sacramentaris-mo“ erinnert gefühlt. Um den Eindruck, den es auf ihn gemacht, abzuschwächen, griff er zu Bezas Schrift wider den Helmstedter Professor Daniel Hoffmann, in der ihm der Genfer meisterhaft die gegnerischen Gründe zerpflückt zu haben schien. <sup>2)</sup> Wir erhalten die bedeutungsvolle Nachricht, daß Monau mit diesem Einspänner unter den lutherischen Theologen, der die Konfordinformel unterschrieben hatte, aber die Ubiquitätslehre verwarf, anzuknüpfen versucht hat, ihn zur Ehrerbietung gegen Beza gemahnt hat. Mißglückte es auch, so verfolgte doch Monau mit reger Aufmerksamkeit den Streit, in den Hoffmann seit 1593 mit den Wittenberger Theologen, besonders mit Hunnius, geriet. Er berichtet davon nach Genf, ebenso von dem Kampfe, in den der einstige Schüler, der Schweizer Samuel Huber, mit seinen neuen Freunden, den Württemberger und Wittenberger Theologen, geraten war. <sup>3)</sup> Peucers und

<sup>1)</sup> Vergl. Beilage II. Aus Zerbst schrieb unter dem 18. März 1585 der Jurist Barthel Chäricus an Beza: „Credo d. Danaeum defensionis examinis sui, quod in Chemnitii librum instituit, adversus aespiciam illam cornicem non defuturum. — Fama, quae de obitu tuo increbuerat Tübingensium, puto, literis excitata (ut a quibus gratiae diis solenniter pro concione in templis actae, quod tam saeva peste Europa vacet et liberata sit) adeo me perculerat, nihil ut unquam acciderit (licet acciderint multa), quod concuteret gravius . . . Ad res nostras quod attinet, antiquum vicini obtinent, inter quos excellit maledicentia vanus iste Selneccerulus, qui adeo contumeliosa in nostros scripta populari idiomate imprime edidit, ut eorum vel ipsum diabolium puderet. Bis vel ter ei responsum est modestissime, sed nihil efficitur. Adiectus est ad finem responsionis tractatus Heshusii, quem nuper Helmstadii publice auditoribus suis dictavit. Eum tibi mitto, reliqua non addo, cum sint germanica“.

<sup>2)</sup> Vergl. Beilage II.

<sup>3)</sup> Heidelberg, den 13. April 1595, schrieb Pareus an Beza: „Quam est miserum Turca in limine communiter omnes nos oppugnante et perdere cupiente nos mutuo armis decertare! Sic sane solent, qui ad exitium properant. Deus ergo clementer nos respiciat et ecclesiam servet. Witebergae Huniana factio Huberum tandem eiecit,

Müdigers Bekenntnis vom heiligen Abendmahl begrüßte er mit Freuden. Er wußte, mit welcher Erwartung auch sein Lehrer beiden Schriften entgegenseh; am liebsten hätte er sie ihm persönlich in die Hand gelegt. Bei seiner engen Verbindung mit Peucer, er vermittelte<sup>1)</sup> z. T. den Briefwechsel zwischen ihm und Beza,<sup>2)</sup> nahm er an dessen Ergehen den wärmsten Anteil. Wie beklagte er die scharfe

Qui ubi locorum nunc erret, nobis incertum est, nisi quod aiunt, nuper in urbe Brunsvicensi scholae rectoratum, quem ante paucos annos Frischlinus (quod nostra lingua χοιλον seu porcellum signat) tenuit, eum quaesivisse, sed responsum tulisse, isthic tali turbatore opus non esse. Circumferuntur duae epistolae, una synodica latina, qua sub poena excommunicationis Hoffmannus a Witebergensibus ad Bergicam concordiam revocatur, altera Hoffmanni Germanica, qua fulmen illud graviter eludit et mysteria vel potius fraudes Bergicas varie detegit. Et cum in eo prolixè laboret, quod non sit calvinianus, hodie tamen a comite Witgensteinio d. Ludowico ad nostrum Grunradium perscriptum est, quod conciliationem cum tua reverentia petat.“

<sup>1)</sup> Den 9. October 1587 schreibt Peucer aus Dessau an Beza: „Literas tuas ad d. Monavium missas quamquam longo circuitu ipso tamen pro sua fide ac diligentia recte procurante sat mature accepi. Sed de Mompelgardensibus abs te opposita texturae Suevicæ, quorum facis mentionem, non accepi excusante id Monavio, quod nondum ad se allata essent. Nondum itaque tua mihi legere concessum fuit hactenus. Suevica percurri obiter, sed cum fremitu. Magis fre-  
muissem, si quid aliud aut melius expectassem. Talia enim prae-  
sagii ac praedixi amicis cum dolore et gemitu, mox ubi fama nobis de congressu vestro innotuisset. . . . Talibus regnantibus in ecclesiis nostris et saevientibus in orthodoxos ingenio et more crudelium hypocritarum, quid potes tibi de aliqua concordia polliceri? Apud intelligentes et mediocriter in veriore doctrina exercitatos Suevica semetipsa refutant et sunt marginalia plurima mendaciorum plena et blasphemiarum, quae non attingam tua expectans. Caeteris, qui oderunt veritatem et furenter ac pertinaciter aversantur, frustra repetuntur toties et tam diu inculcata. De tuis meum quod iudicium expetis coram aut per literas, id facis amore mei. Ego vero mihi hoc neuntquam sumo. Confessione mea libenter testabor, quid me docuerit carcer ut schola non tantum precum, sed et profectuum meorum in doctrina coelesti spiritu sancto rectore meo ac doctore.“

<sup>2)</sup> Am 28. Juni 1597 mußte Peucer klagen, daß er Bezas Brief vom 28. October des vergangenen Jahres erst Ende Mai erhalten habe.

Entgegnung, die die Wittenberger Fakultät wider Peucer richtete, als dieser den Standpunkt seines Schwiegervaters Melancthon in der Abendmahlslehre dargelegt hatte.

### I. Monan an Beza.

Quo magis hactenus expectavi tuas literas, quibus me praeter consuetudinem tuam carere diutius putabam, eo gratior et iucundior mihi fuit epistola tua suavissima, quam 26. Octobris ad me dedisti, quae hoc etiam nomine voluptatem maximam attulit, quod in ea perspexerim tuam de valetudine mea sollicitudinem, cum ex silentio meo diuturniore coniecturam de morbo cepisses. Ego vero, mi optime dne Beza, vivo et valeo per illius gratiam, in quo sumus, vivimus et movemur, quique nobis dedit filium suum, ut esset vita et lux nostra . . . Quod putas aliquid literarum tuarum periisse, in eo an fallaris, non satis scire possum. Nam de notis psalmicis, ut ita loquar, fratris mei<sup>1)</sup>, quas periisse tibi autumas, ante hoc tempus nihil ad me scripseras. De synopsi tibi satisfeci, et iam Lemanus noster non semel ad me scripsit se tuum et arbitri honorarii Sadeelis responsum sive iudicium magnopere desiderare atque requirere, quod tibi curae et cordi esse sane pervelim. Ad fratrem meum scripsi de notis illis in psalmos priores quinquaginta. Utinam aliquod illarum exemplum ei superesset. Peti haec poterant ab Esromo nostro, nisi ille vir optimus et doctissimus interea fuisset ad aeternum illum animarum fidelium hospitem ex tugurio mortalis corporis evocatus. Sed quid frater meus responsurus sit, expectabo, aut fortassis interea temporis pagellas illas reperiis in seriniis tuis.

Volumen chronologicum Bucholzeri nostri doleo nondum ad te perlatum et cogito nunc expostulare cum

ubi illae tam diu haeserint aut a quibus retentae fuerint, explorare non potui. Pervenisse tamen illas in manus meas vehementer laetor et quidem inviolatas, quod quae struantur insidiae literis nostris non ignoro.“

<sup>1)</sup> Peter Monau, Arzt in Breslau und in Prag, † 1588.

amico Noribergensi, cui exemplum miseram ad te curandum. Spero futurum, ut accipias paulo post, ac peto, cum acceperis, ut mihi significes. Etiam Burghausius,<sup>1)</sup> antequam a vobis discederet, fasciculum librorum ad me misit ex urbe vestra, qui tamen nondum apparuit hactenus. Duditius noster magnopere desiderat, si quid forte acceperis a Scaligero de quaestionibus chronologicis, quas ei proposuisti, ac rogamus te valde, ut cuius, quod ab ipso acceperis, nos participes facias. Ego quoque non desinam te urgere propter meditationes tuas in divinam cosmopoeiam, quas mihi promisisti et quas incredibiliter exopto. Saepe recorder praelectionum tuarum, quas me praesente habuisti in principium libri Geneseos, cum de multis gravissimis philosophorum quaestionibus ostenderes nihil certius, nihil melius afferri posse, quam quae ex ipsa dei voce petuntur et promuntur. Latent autem abdita in verbo divino, quae non nisi ipso deo patefaciente et facem praeferente nobis patent. Erit, crede mihi, hoc munus tuum ex praecipuis et pretiosissimis *καμηλίσαις* meis. Sed ne de fide tua, quod absit, dubitare videar, nolo te nunc obtundere pluribus. De foedere vestro cum rebus publicis Helvetiorum praecipuis multorum literis et sermonibus docti sumus. Vellem mihi nonnihil de iis, quae sunt, *κεφαλαίωδης* significasses. Deus benedicat istis consiliis vestris et sic ipse murus igneus in circuitu vestro. Vicinus vester sponsus utinam ne ex nuptiis istis Hispanicis aliquando detexat longam telam malorum publicorum. Sed haec sunt in manibus illius, qui est rex regum et dominus dominantium. Ipse faciet, ipse providebit. De rebus Scoticis tristia sunt, quae narras. Ergo matris potius filium quam Buchanani<sup>2)</sup> discipulum se probare vult rex ille? Sic

<sup>1)</sup> Gewiß ein Bruder des Nikolaus von Burghaus, des Freundes Monaus.

<sup>2)</sup> Georg Buchanan (1506–1582), Erzieher Jakobs VI. von Schottland, bekannt durch seine „*paraphrasis psalorum Davidis poetica*.“ Gerade auch im Osten war diese Paraphrase recht geschätzt. So wurde sie z. B. in der Schule zu Bwartowa, nördlich von Lublin, gelesen. Als Albert Kalisius das Rektorat dieses blühenden Gymnasiums 1588 antrat und sich über den Gang des Unterrichts äußerte, schrieb er unter anderem

omnia in peius. Belgico nihil miserius et iam dicuntur illae provinciae ad regem Galliae sese conferre et ab illo promissum auxilium et defensionem iureiurando sancitam accepisse. Utinam ne miseri fallantur ab istis, quibus οὐδὲ πίκτις, οὐδὲ ὅρκος, οὐδὲ βῶμος. Quanta est ubique calamitatum et turbarum tum copia tum varietas! De episcopali tyrannide, quam dicis in Anglia grassari, non assequor penitus, quae scribis. Puto illi Mantuae non parum a vicina Cremona timendum esse. In nostra Germania quid passim fiat, quid futurum sit, si sic pergatur, non ignoras. Etiam in Polonia tumultus fiunt. Celebrabuntur futuro mense, si deus volet, generalia regni comitia Warsoviensia, quae si non habebunt exitum placidum, metuendum est, ne id fiat, quod rex ipse Stephanus ante paucos annos cuidam viro optimo, amico meo eximio, his ipsis verbis veluti in aurem iususurravit: „Deus me fecit regem populi, quem vult punire. Et ego una opprimar.“ Nescio an vocem istam ex me audiveris ante hoc tempus,

dem Lehrer der zweiten Klasse, Andreas Woidowsti, dem bekannten eifrigen Werber für den Sozialismus: „Horatianae epistolae et sermones multas suppeditabunt sententias ethicas et alia eius carminum genera utiliter cognoscuntur. Et quia Buchananus in psalterio Davidis Horatii vim recte expressit, propterea hic libellus explicari etiam poterit.“ Vergl. Schola Levartoviana restituta. Typis Alexii Rodecii. 1593. In einem Briefe des Gregor Bergmann aus Zerbst vom 18. März 1585 an Beza lese ich: „Tuae psalmorum Davidicorum poesi post Buchanani paraphrasin ita secundas tribuo, ut hanc propiorem primae quam tertiae existimem, quod de Vergilio Afrum Domitum pronuntiassae accepimus.“ Der bekannte Neulateiner Melissus sah den Beza'schen Psalter durch. In dem Bruchstück eines Briefes, den er an Beza gerichtet, heißt es: „Correctiones quasdam et in psalmos tuos et in poemata tua misi per Henricum Stephanum die 30. Maii anno 1588. Is coram mihi narravit illas tibi a se redditas, te fortassis oblitum. Iterum misi in psalmos 30 priores, in poemata et in appendicem et canticum Salomonis correctiones, idque 20. die Aprilis a. 1595. Plura tum excerpere non potui ob morbum, qui in dies magis magisque inualescebat. Iam cum intellexerim a Paludio fore, ut tuae lucubrationes iterarentur in officina typographica, residuum in psalmos ipsos denuo mitto rogans, ut quidquid est istiusmodi censurae boni consulas“.

sed est ἀξιόπιστος, et eam mihi commemoravit is ipse, cui rex dixit. Affirmant pacem esse factam inter Persas et Turcas aut certe mox faciendam. Tum igitur alii erunt hostes quaerendi. Rogo te, mi optime Beza, ut sis memor illius, quod promittis schedula illa, quam coniecisti in literas, quibus nunc rescribo, in qua promittis te paulo post satisfacturum planissime quidem literis illis meis, quas 10. Octobr. ad te misi. Sunt enim in illis nonnulla, de quibus mihi responderi percipio. Nuper tiam alias ad te dedi 20. Nov. scriptas. Bene, beate et feliciter vale. Salutant te Duditiuss, Crato, Redigerus, Hermannus et alii cordati amici, et precamur omnes, ut deus te servet ab omni malo et tibi magis atque magis benedicat, ut adhuc germines in senecta et pinguis sis atque viridis atque florens in atriis domini dei nostri sicut palma et multipliceris sicut cederis Libani secundum psalmum 92. Salve et vale iterum atque iterum, o mihi plus oculis dilecte meis. Subito 11. Decembr. 1584. Mitto tibi versus, quos nuper Crato noster ipso die natali suo scriptos per ministrum dono ad me mittebat.

## II. Monau au Beza.

Nudius octavus ad te scripsi et amabilissimis tuis, quas in cura quadam plane amica et prorsus paterna de statu valetudinis meae exoraveras, respondi. Etsi vero interea tempore abs te alias non accepi, quid prohibet tamen, quominus ego scribam denuo, ut scilicet tanto magis agnosces, quam mihi grata fuerit sollicitudo tua et quam multum tibi tum debeam tum etiam debere velim perpetuo? Heri accepi librum cuiusdam hominis obscuri et hactenus de fama ignoti, qui pro Chemnitio respondet ad examen Danaei nostri. Chemnicus praefationem addidit ei libro plane cruentam, in qua classicum canit et omnes magistratus hortatur, ut a se dissentientes opprimant et nescio quas de illis prophetias edit. Idem est aut fortasse etiam atrocius argumentum huius praefationis, quod est testamenti Brentiani, quo tamen mitius est et minus crudele testamentum Westphali, ante annos aliquot

editi, sed quod nuper adeo sum ab amico nactus. Puto etiam te vidisse ingens illud volumen *σηλητευτικὸν* Wigandi contra quatuor, quos nominat, patriarchas editum, in quo tu passim graviter percuteris. Huiusmodi audiens, videns, legens quid aliud faciam, quam ut illud tuum cogitem et gemens ad dominum sonem: „At tu usque quo?“ Relegi paucos ante dies tuum contra Hofmannum libellum nuper editum;<sup>1)</sup> non credis, quantopere placeat! Antepono illum omnibus libris de hac causa scriptis. Est re pane *διαλεκτικὸς* et stricto iugulum pugione petit ac premit. Est enim etiam in illo summa modestia, moderatio et *ἐπιείκεια* et an non pacis, quae cum veritatis coniungitur studio, in eo facis et praestas omnia? Vere tibi affirmo multa me ex eo discere, in multis confirmari. Placuit lectus, sed quo lego et relego saepius, eo placet magis. Dic, quaeso, an aliquid fiet *παρὰ τῶν ἐκλεγκτικῶν*, id est de tertia parte epistolarum tuarum. De iconibus tuis nunquam mihi respondere voluisti, an videlicet abs te plura sint exspectanda illius generis, cum quidem promiseris. Ille,<sup>2)</sup> cui dedicasti, utinam

<sup>1)</sup> Vergl. Responsio ad quaestionum et responsionum Danielis Hoffmanni in gravissima de cena donimi controversia primam partem. Beza scheint durch Bezel zu dieser Schrift bestimmt worden zu sein. Unter dem 5. April 1584 hatte ihm dieser geschrieben: „Oro te, ut de responso vel per te vel per alium virum doctum Hoffmanno Helmstadiensis opponendo cogites, cum ille biennium integrum consumpserit in maledico illo suo libello certis horis in schola publice dictando ad iuventutem obscura sophistica sua turbendam et a veritate praestigiis suis abducendam et post libri editionem magnifice se efferat sibi ipsi triumphos decernat, quod ex aliquo temporis intervallo refutatio tua nondum prodierit, per cuius latus ingulasse se putat veritatem, cui ut hactenus in omni vitae testimonium praebuisti, ita deinceps quoque eam a vanissimi hominis calumniis vindicare te decet, ne silentio tuo aut Thrasonicae illius gloriations confirmetur, aut ecclesiae Christi ac iuventuti praesertim scholasticae cetera tua scripta et ille inprimis liber aureus responsionum tuarum suspecta reddantur ostentatoris istius nugis, quae quo minus a plerisque intelliguntur, eo plus ineptorum hominum animos in erroribus detinent.“

<sup>2)</sup> Jakob VI. von Schottland, der Schwiegerbater Friedrichs V. von der Pfalz, stand 1583 ff. in dem Verdacht eines Religionswechsels.

staret in iis, quae didicit. Sed non hominum, verum dei consilio regitur, eiusdem etiam et solius quidem praesidio tegitur ecclesia. De foedere vestro cum vicinis Helvetiis exspecto abs te aliquid plenius. Sed audi aliquid. Lavaterus in suo libro de historia sacramentaria<sup>1)</sup> narrat Philip-pum Melanchtonem hortatorem fuisse aliquando vestro Crispino,<sup>2)</sup> ut unum in librum collecta ederet scripta Oecolampadii. Orant te multi amici, ut generum illius horteris, ut, quae illa in domo domini lampas scripsit περί δέλπνου, uno volumine comprehensa divulget, cum praesertim ea omnia, quae germanice scripsit, in latinum sint conversa. Certe hoc male non fieret, cum toties τὰ τοῦ Λουθήρου in hoc negotio πολεμικά recudantur. Legat ecclesia, conferat, iudicet. Fortassis in tempore melius erit dignoscere et discernere pleraque quam olim. Ostende, an tibi hoc consilium placeat et quid censeas. Noster ille, quem Hippocratem theologiae nominare soleo, Grynaeus graviter a Smid-lino oppugnatur, sed fortiter, ut audio, sese defendit.<sup>3)</sup> De cosmopoeia nolo te nimium monere. Spero mei omnino memorem te futurum. Audio Belgas denuo ad Gallos tanquam Israelitas ad Aegyptios respicere. Rogo te, ut ad hanc epistolam rescribas. Vale, pater et frater carissime ac plurimum observande. Subito 18. Dez. 1584.

<sup>1)</sup> Historia originis et progressus controversiae sacramentariae de coena domini.

<sup>2)</sup> Johann Crispin († 1572), namhafter Drucker in Genf, vorher Jurist in Paris, von Beza für das reformierte Bekenntnis gewonnen.

<sup>3)</sup> Peiðelberg, den 20. Juni 1585 (?) berichtet jedoch Grynaeus selbst Beza: „Jacobus Andreas molestissime fert, quod me tacere videt ad turpissima de me ab ipso et eius lanternario Holdero sparsa mendacia, velit me νεανικῶς θυμομαχεῖν. Sed Beumlerus illi respondebat, ego iuventutem ad nos accedentem pergam invitare ad studium cognoscendi piam doctrinam“ und wiederum: „quaeso te, ne me ulla re alia Heydelbergae detineri quam vocationis sanctae mediocri successu tibi persuadeas. Basileae maior foret mea tranquillitas. Hic non paucis quotidie fere accedentibus frequentiore auditorio doceo, et quia e Germania tota non pauci me adeunt, ubiquitariorum odium non iam Vatinianum, minus enim agreste illud fuisse reor, sed ubiquitanum καθ' ὑπερβολήν sustineo.“

### III. Monan an Beza.

Ad diem 15. mensis superioris tibi meas et Duditii<sup>1)</sup> nostri literas misi, praestantissime vir d. Beza, et puto eas opera et studio amicorum Noribergensium recte ad te perventuras. Nunc Cratonianam epistolam tibi mitto,<sup>2)</sup> in qua respondet ad theses tuas de iustificatione. Fuimus heri simul et multum de hoc negotio sumus collocti ac facile potui animadvertere ipsum, dum lectulo haeret affixus, diligenter et de tota causa cogitasse et scriptum tuum perpendisse. Prorsus tibi assentitur in summa rei, tantum metuit, ne tam accuratis distinctionibus implicetur negotium, cumque consolatio debeat esse scopus et finis doctrinae, veretur, ut omnes possint capere, quae tot divisionibus reddantur ad

<sup>1)</sup> Duditius Brief ist vom 13. Januar 1585 datiert. Er findet sich bei Giffet II, 543. Vier Schreiben Duditius an Beza vom 18. April 1569, 7. Juli und 9. Oktober 1570 und 12. Juni 1580 bietet Wotschke, Briefwechsel der Schweizer mit den Polen, S. 307, 330, 333 und 408.

<sup>2)</sup> Am 27. Januar 1585 schrieb Crato seinem Freunde Beza: „Nae ego sum inconsideratus et ineptus, qui tecum in sacris literis viro summo de principe religionis nostrae capite in disceptationem quasi venio. Nihil occultans vel dissimulans, quomodo adductus sim, ut ista ad te scriberem, narrabo. Miserat ad me Monavius noster epistolam Davidis Chytraei, in qua hoc erat: se decem aureos nummos huic persoluturum, qui veram definitionem iustificationis nostrae coram deo sibi ostenderet. Mirabar tantum theologum, et qui iudicium de omnibus controversiis sibi sumeret, non acquiescere in spiritus sancti sermone, cum iustificationem nostram remissionem peccatorum propter satisfactionem Christi eiusque meriti et iustitiae, qua legi et voluntati divinae exigenti propter obedientiam non praestitam poenam satisfecit, imputatione ecclesiam docet, et verebar, quorsum ista evasura esset, cum de praecipua parte evangelicae doctrinae doctores ambigere atque disputare inciperent. Eo ipso etiam tempore afferebatur mihi epistola amici, qua conquerebatur Ursini doctrinae catecheticae hoc insertum: non tantum poenam seu meritum Christi, verum sanctitatem seu puritatem humanae naturae nobis pro iustitia imputari. Cum autem cogitarem, quanta nostra sit proclivitas, ut iustitiam in nobis quaeramus, et quam difficile eam extra nos in Christi merito statuere possimus atque in hac sententia acquiescere, ea etiam, quae legissem de his in epistolam ad Romanos ac quaestionibus tuis scripta, mihi in mentem venirent, ne quid de tua sententia errarem, erudiri a te desiderabam.“

capiendum quasi minus idonea. Velit etiam sanctificationem accuratius positis limitibus discerni a iustificatione, cum qua tamen semper coniunctum esse oportere non negat. Intueri nos necesse est unum Christum eumque solum. Ex eius oboedientia, propter quam nobis remittuntur peccata, discernenda est (et removenda a merito iustificationis) ab omnibus actionibus dei in nobis. Antefendum enim est meritum Christi omnibus iis, quae vel in nobis vel extra nobis sunt. Sed quid ego? Sus Mineravam. Cratonem igitur potius audire te volo et epistolam ipsius cognoscere. Ago deo gratias, quod ipsius beneficio mihi liceat ista etiam legere et cognoscere, quae vos, tanti viri, inter vos graviter et pie disputatis. Non puto totius mundi thesauros esse cum hoc dono et bono conferendos. Si responderis Cratoni, hortare illum, quaeso, ut me quoque illa legere sinat. Est enim nonnunquam in his communicandis parcior. Mihi nunc cum illo optime convenit et fuimus his diebus saepe una et locuti sumus de rebus plurimis liberrime. Cosmopoeiam tuam summo desiderio exspecto. Nactus sum duo scripta continentia confessionem de coena domini, quorum alterius autor est Peucerus,<sup>1)</sup> alterius Esromus. Ille in carcere scripsit, hic in exilio. Is, a quo accepi, meae fidei tradidit et certe sunt illae preciosae chartae, quae inter *καυμήλια* mea reponantur. Si aliquando legerentur ab ecclesia, fieret hoc cum summa utilitate. Volui tibi ista quasi in aurem dicere, utinam essem tibi propior, ut etiam in manus dare possem. Custodiam haec cum aliis diligentissime. Duditius responsum tuum ad proximas literas avide exspectat. Ignosce mihi, quod nuper molestus fui, cum exemplum libelli istius a te petii: L'estat d' Eglise. Valde mihi placuit

<sup>1)</sup> Vergl. Peucers Bitte an Beza vom 17. Juni 1586: „Qui mecum et pro me precatus es, oro, ut mecum etiam pro magnitudine erga me misericordiae divinae deo gratias agas, quod me non modo mirabiliter et gloriose liberavit, sed inter tot ac tanta pericula miraculose confirmavit ac munivit, ne deficeret fides mea, ne quo errore, lapsu, culpa mea excitarem aliquod scandalum in ecclesia.“

apud amicum visus et profecto tibi parcerem, si alia via possim eo potiri . . . Bene et feliciter vale, praestantissime Beza. Deus te servet incolumem et tibi benedicat atque benefaciat in perpetuum. Crato, Duditius, frater meus et alii plures cordati amici tibi precantur omnia felicissima. Vratislaviae 29. Januarii 1585. In comitiis Warsoviensibus aiunt esse maiorem, quam multi futuram putabant, tranquillitatem. Rex sigillum regni ademit Samoscio et tradidit Firleio. Ipsi autem Samoscio, qui cancellarius ante fuit, in compensationem huius damni tradidit dignitatem eam, quae post regem et episcopos summa est, ut scilicet sit supremus capitaneus Cracoviensis. Iterum iterumque vale.

#### IV. Crato an Beza.

Distuli tuis literis<sup>1)</sup> respondere, cum optima et fidissima mea coniunx in pago nostro, qui bidui hinc abest, apoplexia correpta paralysi laboraret, verum cum lingua fuerit resoluta, ita ut neque cibo neque medicamentis iuvare posset, deo animam reddidit et me miserum atque afflictissimum in his terris vitam per omnia extrema ducentem reliquit. Quid igitur mihi sit animi et quam idoneus hoc tempore ad scribendum, cum medius septimus eam sepeliverim, existimare potes. Non libet commemorando dolorem meum exagitare. Bene cum illa actum certo mihi persuadeo, et ut ad divinam providentiam meam voluntatem conformem, a benignissimo deo me iuvare precor. Saepe quidem illud, quod in mysteriis acclamabatur, „εὐπορον καὶ εὐρον ἀμεινον“, usurpo, sed nescio, quomodo me dolore superari sentiam. Itaque omitto commemorationem, praesertim cum ingenium humanum ad suos luctus augendos nimis pronum esse sciam. Tibi vero gratias ago, cum ad meam epistolam humanissime rescripsisti, et a te mihi satisfactum esse persuasum cupio. Certe de his non scripsissem, nisi cogitassem, quam priculose in re quantumvis sancta ullam partem salutis nostrae, quae in

<sup>1)</sup> Beza's Schreiben vom 17. März 1585 an Crato bietet Giffet II, S. 545.

unica morte et satisfactione Christi sita est, collocemus et appendices in sanctimonia nostra vel aliis, quae efficit vel fieri a nobis vult deus, queramus. Sententia enim lata est gravis adversus eos, qui remissionis peccatorum et vitae aeternae vel minimam partem ulla in re quam in Christi passionis merito collocant, eos nimirum Christo excidisse et satis certum piis, si spiritus sancti sanctissima dona vel saltem fides nostra perfecta esset, peccata in credentibus tertriculamenta inania fore. Quam vero non sint, res ostendit. Caeterum sanctificationem hic inchoandam in fidelibus, ac quo arctius Christo fide coniungimur, eo nos plenius renovari dubitare nefas est. Sed animadverto impediri cogitationes meas dolore, qui epistolam procedere non sinit. Ut igitur me tuis precibus adiuves, in maiorem modum peto. De duobus libellis, quos a Monavio accepi, tibi ingentes gratias ago teque valere opto. Wratislaviae 12. Junii a. 1585.

#### V. Monau an Beza.

Ignosce mihi, praestantissime Beza, quod literis inanibus et otiosis molestus sum. Non queo aliter meae in te observantiae et fidei satisfacere, et hoc tempore remedium doloris peto e colloquio tuo. Affligitur haec urbs, quae mihi patria est carissima, divinitus, dum pestis in ea cives meos exercet et quidem non grassatur malum, sed serpit tamen. Iram domini portemus, quoniam peccavimus ei. Sed erit lumen illa lux nostra, cum sederimus in tenebris et in ipsa dei ira iustissima erit etiam memor suae misericordiae, illius dico misericordiae, quae est in saeculo et durat in aeternum et est cotidie nova et est super omnia opera ipsius. Plerique cives nostri diffugerunt, et est magna in urbe nostra solitudo. Ego tamen nondum pedem movi. Fieri tamen potest, ut paulo post et ipse secedam, ne amare periculum et iram dei contemnere videar, etsi quo fugiam a facie domini, dei mei? Comendo me tuis sanctis precibus, mi reverende dne Theodore. Duditus cum suis in Poloniam se recepit ante aliquot

septimanas. Crato lecto affixus non potest hinc moveri. Quos tegit providentia divina, ii satis erunt tuti. Interim tibi affirmo de psalmo tuo, quod nuper scripsi. Certe scutum et clypeus est omnibus credentibus et sperantibus in dominum veritas ipsius. Ceterum puto ad manus tuas pervenisse meas omnes, quas 17. Julii, 19. Junii et 12. Junii ad te per Noribergenses amicos curavi. Obsecro te, mi praestantissime Dorothei, si quid ad me deinceps literarum daturus es, ut per certos homines Noribergae tradi cures dn. Herdesiano, Durrhofero aut Camerario, ut per illos detur in manus eorum, qui ex urbe Noriberga ad me portare curant, quae ad me pertinent. Nondum enim oblitus sum eius iniuriae, qua nuper affectus sum, cum literae tuae ad me scriptae ab aliis apertae, lectae et fortassis etiam circumlatae fuerunt, antequam eas acciperem, etsi deo gratias ago, non perditas fuisse, sed vel tandem ad manus meas pervenisse. Cumque abs te expectem illa, quae Lemani<sup>1)</sup> scriptis debentur, velim sic ad me mitti, ne quid iis simile accadat. Cum ad Cratonem scribes, fac, quaeso, ad ipsum mentionem libri illius, quem toties a me petiisti, qui latet in bibliotheca Redigeri,<sup>2)</sup> si forte illius opera et mea coniuncta possit erui scriptum illud abs te tantopere et procul dubio non sine magna causa expetitur. Multum enim ille valet apud hanc familiam . . . Porro antequam epistolam illam claudō, habeo, quod a te petam, neque res magna est, ut opinor, tibi quidem. Itaque cum unice venerer et mirer atque observem summum virum et eximium christianae ecclesiae lumen, d. Ant. Sadeel, valde abs te peto, ut aliquam epistolam mihi dono mittere velis ipsius manu scriptam, ut inter repositoria mea, quorum hoc genere habeo thesaurum minime contemnendum, reponatur . . . 24. Julii 1585.

<sup>1)</sup> Burchard Weemann (1531—1613), Pfarrer und Professor in seiner Vaterstadt Zürich.

<sup>2)</sup> Auch Nikolaus Rhediger hat gelegentlich an Beza geschrieben. Ein unbatiertes Briefbruchstück von ihm bietet der Codex Gothanus 405, Bl. 201.

## VI. Monan an Beza.

Nudius octavus reddita mihi fuit epistola tua 27. Junii scripta, in qua literis meis, quas valde laetor salvas et incolumes ad te pervenisse, respondes. Christo σωτηρι sit laus et gloria, quod te adhuc vivere et valere cognosco. Is te porro servet ab omni malo tibiue eo magis benedicat, quo magis tibi mundus maledicit, et te absolvat, quando a malis condemnaris. Rogo te magnopere, ne ulla utaris excusatione, si forte aliquando necessitas ipsa te iubeat vel tardius, quam velis, vel etiam brevius rescribere literis meis. Novi enim, novi satis, quid te remoretur.

Hofmannus nihil adhuc respondit iis literis, quas ad eum misi provocatus. Rogabat me, ut tibi persuaderem se non de doctrina et eloquentia tecum contendere, in quibus tibi primas deferret, sed de veritate, idque patrocinium non posse abicere et nescio quae alia. Jussi eum cogitare sibi negotium esse cum eo viro, cuius non tantum dona sed merita quoque sint considerata, et habendam illius rationem neque isto modo cum illo agendum. Petii quoque, ut diligentius de isto magno condesae (?) morbo cogitaret eiusque fundamentum et fontem, ut ita loquar, quaereret et de meis remediis consilium vellet cum aliis capere et alia multa, quae nunc non succurrunt in ista festinatione. Audio iuvenem esse et totum pendere ab auctoritate affinis sui Heshusii, cuius etiam est collega in schola theologica.<sup>1)</sup> Excludor temporis brevitate, quominus partem praecipuam literarum nostrarum ad te mittam, quod alio tempore, si deus volet et res ita poscet, bona fide sum facturus. De illa confabulatione, si diis placet, fraterna nuper tibi misi literas Osiandri, quae late sparguntur. Nunc tibi magnas ago gratias, quod etiam Noribergensi amico nostro fuisti autor, ut exemplum literarum, quod ille libenter et diligenter fecit, mecum communicaret. Legi enim illas libentissime et communicavi etiam aliis amicis cordatis. Omnino enim spargunt magno artificio rumores de illo congressu mirificos Charpyiae et sunt eorum ubique plena omnia. Recte tamen, quod de his

<sup>1)</sup> In Helmstedt.

scripsisti ad apostolum ubiquitatis, etsi ego vix puto ipsum, cum responderit, recto incessurum pede. Interim novit dominus viam iustorum, sed iter impiorum peribit.

Quod attinet ad illud meum cum d. Cratone postremum colloquium, ago tibi ingentes gratias, quod me tam paterne volueris de re tota docere. Equidem tibi vere et ex animo fateor me valde hac literarum tuarum parte fuisse monitum et eruditum. Scripsi aliquando literas admodum prolixas ad civem meum praestantissimum p. m. d. Zachariam Ursinum de negotio praedestinationis et quidem scripsi ex illorum sententia, qui confessionem vestrarum ecclesiarum de hoc doctrinae capite impugnant. Respondet quoque Ursinus ad hanc epistolam meam et vicissim ad me misit literas longas multarum paginarum, quae etiam utinam videri queant, ubi rem totam ordine et methodo mihi explicavit, et quidem epistolam illam accepi, cum essem vobiscum Genevae, eramque tibi illam monstraturus, nisi eo tempore apud ill. principem Condensem fuisses. Sane dicam, quod res est, ex illa Ursini epistola cepi totum hoc negocium dei beneficio cognoscere, et ab eo tempore facta mihi sunt facilia, quibus olim nihil esse putavi vel difficilius vel etiam minus comprehensibile. Sed tamen profecto quomodo Allobrogea schola conciliari posse cum Melanthoniana, nunquam ab eo discere potui, et tamen hic me scrupulus semper ursit vehementissime, quem tu, tu, mi domine Beza, praeceptor et pater carissime, mihi ita exemisti, ut prorsus nihil nunc habeam, quod desiderem. Bene sit cineribus mortui<sup>1)</sup> Cratonis, quod suo postremo colloquio mihi praebeuit ansam et causam istius rei. Ursinus noster, ὁ μακαρίτης, aliquando ad me hanc vocem usurpabat: Solorum electorum esse, ut possint intelligere doctrinam de electione. Hanc vocem quando ex illo primum audivi, non credis, quantopere fuerim ea percussus, at nunc verissimam esse non dubito. Quasi deus mihi de coelo locutus videtur, quando in literis tuis ostendis collationem utriusque scholae, demonstras

<sup>1)</sup> Am 19. October 1585 war Crato gestorben.

fontem huius collationis in ipso divinissimo apostolo. Illa vero explicatio duorum dictorum Marci et Matthaei sane mentem explicat utriusque apostoli vel potius Christi ipsius. Ego vero mallem responsionem tuam ad hoc, de quo quaerebam, fuisse directam. Hoc enim erat ζήτημα meum. Utraque sententia loquitur de eadem re, nimirum de salute nostra. Hinc apud Marcum nos velle videmur deo volente, apud Matthaeum ipse velle videtur nobis volentibus. Nisi valde fallor, multum potest de toto negotio dubitantem explicatio huius apparentis antilogiae docere. Et mihi quidem videtur totum negotium ex eo pondere, ut quo modo voluntas dei eadem alias aliter consideretur, quid ac quo modo nostra etiam voluntas velit aut etiam velle possit per se et quid velit acta a deo, consideretur. Valde igitur optarim responsionem de his duobus dictis, quae in speciem inter se pugnare videntur, abs te dirigi ad eum fontem, unde tam divinum in modum emanat illa scholarum Melanthonianae et Allobrogicae conciliatio, cuius deo iuvante nunquam obliviscar. Est hoc munus ex tuis in me meritis longe maximis et praestantissimis dabitque mihi deus, ut huius diu sim memor in vita mea et in morte. Ignosce vero tu mihi, mi carissime d. Beza, quod hanc molestiam tibi creavi. Deum testor me non hoc egisse, ut quacumque ratione literas abs te elicerem, multo minus ut tibi molestus essem, cui potius parcere cogito, sed ut semel me ex labyrintho isto, quantum adhuc in illo haereo, extricarem. Et de his quidem hactenus.

Puto te vidisse aliquot tomos obiectionum et solutionum de omnibus fidei nostrae punctis Melanthonianos editos a Pezelio<sup>1)</sup>. Is mihi scripsit se in eo tomo, quem

<sup>1)</sup> Für Pezel ist bezeichnend das Urtheil, das Hubert Sanguet in einem Briefe vom 11. Februar 1572 an Beza über ihn fällt: „Cruciger et Mollerus superant Pacelium aetate et, ut existimo, eruditione. Sed hic videtur fervidior et plus habere animi, et quod iudico esse magni momenti, est eximie facundus praesertim in lingua Germanica. Recte faceres, si eum tuis literis hortareris, ne susceptam veritatis defensionem deserat, nam tuas literas plurimi faciet. Est autor omnium scriptorum, quae hactenus sunt ab ipsis edita in hac con-

paulo post proferet, inter alia tractasse locum de electione et putat se ostendisse in eo, quo modo possint inter se conciliari Melanthoniana et Allobrogica, quam nonnulli partim mali partim imperiti tantopere inter se committunt. Videbo, quid ille sit prolaturus. Et agam tamen cum eo etiam de his, quae nunc ex te didici, quae ego quidem iudico esse longe verissima et certissima maximumque habere pondus non in docendo tantum, sed etiam in consolando et plane non esse contradictionem veram in diverso docendi modo, quem servat utraque schola, etsi spiritus sanctus unus ille doctor ecclesiae et dux veritatis non voluit omnes idem sentientes eodem modo loqui. Et de his quidem hactenus. Obsecro te, mi praestantissime praeceptor, ut balbutientem atque etiam, si ita tibi videbitur, ineptientem feras, dum modo tibi penitus persuadeas et nullo modo dubites fieri a me omnia animo optimo, qui idem est, erit et fuit, tui longe amantissimo et observantissimo.

De nostro Lemano nuper scripsi. Deus illi confirmat robur animi et corporis et porro etiam, uti speramus, servabit. Vir est longe doctissimus et optimus estque eius fides in deum et homines ἀνθρώπους et exspectat redemptionem Israelis et dolet super contritione Iosephi et omnes suas magnas virtutes ornat incredibili modestia et moderatione tanta, quam tibi quoque placituras plane non dubito. Librum illius, qui ipso invito et quidem mendis plurimis et maximis mirifice deformatus, in publicum editus, curabo, ut e futuris mundinis Francofurtensibus deo volente accipias. Misit enim mihi exemplum autor ipse, quod sua manu correxit, unde tibi vicissim mea manu corrigam, quod mittam. Spero me tibi rem non ingratam facturum. De iconibus doleo magnopere eos in spongiam incumbere, magis autem de Jobo et Ecclesiaste. Tu vero scies, omnium optime, quid, quando sit opus factu, et

troversia ac etiam illius Dresdensis, quod licet non ita sit scriptum, ut cuperemus, tamen mihi videntur in hoc curriculo progressi eo, unde non sit ipsis facile habenas reflectere."

publica studia promovebis, hoc est psalles domino deo tuo, quam diu vixeris. Natali tuo, qui nunc 68 tibi illuxit, precor omnia optima et optatissima a patre illo hominum, cui uni servire et placere studes. Is te porro etiam regat et tegat, ducat et doceat et tibi in hac et in futura vita benedicat et sit salus tua. Opinor te probe intellexisse, quae proxime ad te scripsi de eo, cui aliquando poemata tua. Deposui illa in tuum sinum, etsi et plura et maiora dicerem, si una essemus. Stat fundamentum dei, qui suos novit. Peucerus noster vivit et valet dei beneficio neque unquam fuit viribus animi atque corporis integrior et valentior quam nunc. Deus eum porro servet. Epistolam Augusti electoris<sup>1)</sup> et autographon Sadeelis, si, cum tibi commodum erit, accepero, magnum beneficium accepisse me putabo. Fuit hodie mecum quidem electoris Saxonici legatus, vir et huic principi et mortuo patri gratus sane et acceptus, cum quo multa de multis. Utinam isti conventui, quem nunc celebrant rex Daniae et principes Germanici complures, deus benedicat. Audio eo etiam Navarrenum legatum sese contulisse. Et multa passim

<sup>1)</sup> Kurfürst August ließ unter dem 22. März 1572 Beza schreiben: „Uns ist euer Büchlein, so ir neulich wider D. Selnedern mit einer fürgefaßten Präfatton an uns in Druck ausgehen lassen, sambt dem dervwegen an uns gethanen schreiben zu Handen kommen. Ob wir nun wohl ein sonderlich gnedigst Gemüt und gute Reigung zu gelehrten Leuten tragen, auch wohl leiden mögen, daß uns nützliche Bücher zugeschrieben, so haben wir doch ein sonderlich hohes wichtiges Bedenken, uns in die gefährlichen Disputationen, so etliche Jahr anhero von dem heiligen Nachtmahl unsers Herren fürgefallen und noch täglich fürstehen und ohne aufhören gehäufet werden, einmengen und einziehen zu lassen. Denn nachdem die reine und dem Worte Gottes, des Herrn Christi Einsetzung und der Augsburgischen Confession in ihrem rechten Verstand gemäße Lehre von solchem heiligen Nachtmahl nun über vierzig Jahr bei Zeit des ehrwürdigen Herrn Rutheri und darsiber in unseren Landen, Gott Lob und Dank, gleichförmig gehalten, unsere Universitäten, Schulen und Kirchen auch dervhalben in einem rechten Verstande und Consens mit einander stehen, darauf auch die Confession, deren sich unsere Theologen und Superintendenden unlängst allhier vereinigt, gerichtet ist, so seind wir entschlossen, darüber mit allem Ernst und christlichem Eifer zuhalten und nicht zu gestatten, daß etwas Widriges eingeschoben, oder auch wir und unsere Lande

ubique fiunt, quae me iubent esse animo perculso. Fata quasi impete in nos facta exposcunt debitum sibi praestandum. Deus sit memor nostri in bonum. Ei te quoque et tuam caram civitatem et totius regni Gallici adeoque catholicam militantem ecclesiam precibus meis magis ex animo quam speciose conceptis verbis commendo. Da pacem, domine, in diebus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis nisi tu deus noster! Kyrie eleison, Christe eleison! Amen.

Intelligo nomine statuum Augustanae confessionis decretam esse legationem ad regem Galliae et dicitur princeps legationis futurus illustrissimus princeps Mompelgardensis, apud quem nuper convenistis.<sup>1)</sup> Deus bene fortunet omnia et det ipse nobis pacem suam, pacem illam, quam mundus neque dare potest neque vult! Vale, vir praestantissime mihi que ex animo carissime et perpetuo studio, dum vivam, colende. Vix unquam negligentius ad te scripsi quam hoc tempore, quod ut in optimam partem accipias, vehementer abs te etiam atque etiam contendo. Fuit enim mihi nunc male properandum et valetudo tam mihi nunc incommoda extitit, ut mirer me tam multa scribere potuisse . . . . Dat. 13. Aug. 1586.

## VII. Monan an Beza.

Amicus quidam e Francofurto ad me misit libellum, cui titulus: de origine ubiquitatis. Statim animadverti, quo in loco desineret noster Esromus et ubi colophonem adderet noster Theodorus, cui utinam fuisset tunc ad manus scriptum illud, quod postremo et paulo ante obitum ad me misit et quasi apud me deposuit Esromus,<sup>2)</sup> in quo con-

in einigen ungleichen oder Mißverständnis und widerigen Verdacht bei anderen dazwischen gebracht werden mögen. Begehren demnach, ihr wollet uns mit solchem Zuschreiben fortan verschonen, inmaßen wir D. Selnecker in gleichen Hiebevorn geschrieben, und wollten nichts lieber, daß die allgemeine Christenheit mit ärgerlichen Gezänken möchte unberunruhigt bleiben. Datum zu Dresden, den 22. Mai 1572."

<sup>1)</sup> Graf Friedrich von Württemberg, dessen Gast Beza gelegentlich des Mümpelgarder Gespräches (14.—27. März 1585) gewesen war.

<sup>2)</sup> Esrom Mübinger war in Altorf am 2. I. 1590 gestorben.

fert vitam duorum iuriconsultorum Annae Burgii<sup>1)</sup> et Christophori Herdessiani. Potuissent inde multa assumi, unde scriptum hoc, quod vos edidistis, fieret locupletius, praesertim in historicis, quae in eo est luculenter persecutus.

Vellem illud aliquando in lucem proferri, luce certe dignum. Esset etiam dignus Herdessianus, cui hoc modo quasi parentaretur. Ceterum audi indignissimum quiddam. Vidisti, ut ex literis tuis ante aliquot menses ad me datis cognovi, libellum a Peucero scriptum, in quo commemorat, quod in negotio τοῦ δειπνοῦ actum sit inter Lutherum et Melanthonem<sup>2)</sup>. Ei libello nuper contrarium scriptum opposuit facultas theologica Vitebergensis academicae, in quo Philippus adeo et deformatur et laceratur, ut nunquam fuerit crudelius tractatus. Peucero porro qui infliguntur colaphi et quibus immundarum calumniarum saxis impetitur!<sup>3)</sup> O misera et desperata tempora! Ceperant etiam

<sup>1)</sup> Annae du Bourg (1521—1559), Jurist und evangelischer Märtyrer. Bergl. Gillet I, 290.

<sup>2)</sup> Peuzers Tractatus historicus de Ph. Melancthonis sententia de controversia coenae domini.

<sup>3)</sup> Peucer meldet selbst am 28. Juni 1597 an Beza: „Immanitatem odiorum in diabolis et horum organis adversus orthodoxos (quod et tu quaereris) exacerbari in dies magis magisque et furiosius sese mendaciis impudentissimis atque apertissimis et calumniis praestigiisque sophisticae abominandae, quam hactenus unquam factum est, effundere experimur nos a vicinis nostris, a quorum uno, quibus ego conviciis laceratus sim, puto te cognovisse. Est ille Heshusii gener, socero maledicentissimo longe superior. Saeviebat in mortuum Melanthonem socer Heshusius pro beneficiis summis, quae ab eo acceperat. Hic me gener iam morti propinquum invadit. Ego semel publico protestatus sum me socium manifestae veritati contradicentium et idolatriam stabilientium nunquam fore.“ Im weiteren empfiehlt er den Schleier Christoph von Sagenau, den Stieffsohn des Johann Rostiz, cuius meminerunt inter alios literae tuae, quas Paludius noster communicavit. Vitricus voluit filium praecipuas academias Germaniae et Galliae visere ductore illo, qui eum a teneris instituit ac rexit, viro optimo et doctissimo M. Johanne Langio. Utrumque tibi accurate commendo. Recte praedicavit apud te gentem Silesiacam Paludius. Vix puto in una nostratium plures reperiri veritatis studiosiores et amantiores.“

nuper seu gladiatores inter sese congregari Hunnius (cuius proprium et familiae nomen novum est Hundius, itaque et canem habet in suo insigni) et Hofmannus et fuisset inter eos certamen acre futurum, sed heri mihi nunciatum est Hofmannum ante paucos dies peste extinctum<sup>1</sup>.) Et crudele porro bellum geritur inter Huberum et theologos tum Wirtebergicos tum Witebergicos, an non scires et iudicia dei mira agnosceres?

Novum testamentum plane putabam nunc proditurum in luminis auras, sed ex tuis literis intelligo rem differri usque ad annum sequentem<sup>2</sup>). Faxit deus opt. max., ut usque ad illud tempus vivam et valeam, quo sim hunc thesaurum visurus et in eo oblectaturus animam meam. Amen. D. Scholzius<sup>3</sup>) officiose et reverenter te salutatur, dabitque operam, quantam sciet et poterit, ut, quod desideras, ab eo habeas. Ego quoque videbo, ut non sim sponsor malae fidei. Imprimis autem erit mihi cordi et curae, ut historiam Ludovici regis, de qua toties mecum per literis egisti, accipias. Vale, vir praestantissime, praeceptor et pater carissime. Deus opt. max. te salvum et incolumem conservet ab omni malo et custodiat animam tuam tanquam pupillam oculi sui. Habeo etiam tibi gratias summas, quas repetam in vita aeterna, pro tua constanti erga me fide et benevolentia, qua me tot annos singulariter et eximie complexus es, et serva mihi hunc amorem et animum etiam deinceps. Sic te vicissim curet ametque deus. Ipse faciat.

<sup>1</sup>) Daniel Hofmann, in gleicher Weise Gegner des Beza und des Hunnius, starb erst 1611 in Wolfenbüttel.

<sup>2</sup>) Frankfurt, den 20. September 1586 in Wecheliorum aedibus schrieb Friedrich Sylburg an Beza: „Wechelii mei, postquam Dionysium Halicarnasensem absolvimus, et quod in Aristotele est reliquum, hac hieme deo iuvante nos expedituros confidimus, aestate sequente biblicorum Graecorum editionem aggredi cogitant. Ad quam cum te et alios praeclaros in vestra republica viros non mediocria adiumenta suppeditare posse noverint, rogandos vos censuerunt, ut quae habetis, rei publicae per nos communicetis, sive libri sint manuscripti, quod maxime cupimus, sive emendationes ex vetustis libris aut maturo iudicio depromptae. Scimus quidem Romae novam edi-

## VIII. Monau an Beza.

Non dubito, vir praestantissime, literas illas meas ad te perlatas, quibus te certiore feci de historia canonici Leodinenſis, quam tandem nacti ſumus et de qua anxie cogitamus dn. Rhedigerus et ego, quo modo poſſit quam primum et quidem ſat tuto pervenire in manus tuas. Heri tuas accepi 18. Aug. ſcriptas, quae me ſumma volup-

tionem adornari, quae ante trireſtre proditura dicitur, ſed quoniam ea et carior eſt futura et nescio quid ſuſpicionis ſecum tractura, cupimus et nos, ſi fieri poſſit, diligentem ac fidelem reipublicae navare operam. Oramus igitur pro veſtra erga ſincerum dei verbum pietate ac fide, contribuite nobis ad pium hoc opus, quae poteritis auxilia, ut graecae lectionis amantes non ex Romano tantum nutu pendere cogantur, ſed e ceterorum quoque eccleſiarum libris in ſuos uſus, qui volunt, depromant, praesertim cum a Polonis, Anglis et aliis ſollicite noſtrum hac in parte ſtudium flagitetur.“ Unter dem 16. Dezember d. J. berichtet er: „Ad biblia Graeca, quod attinet, vix puto Wechelios meos conſilium mutaturos. Dudum enim et a plurimis expetuntur exemplaria, quapropter ſi nos operam noſtram reipublicae hac in parte denegaremus, alius quiſpiam operi manus admoveret, qui minori diligentia id tracturus eſſet. Sed una vel non multo poſt dabimus etiam Tremellii et Junii verſionem cum eorundem annotationibus, quae editio, ut auctior et emendatior eſt futura, ita futura eſt enim contractior. Textum enim aliquanto minori charactere exprimere decrevimus, ut et moles operis et pretium decrescat. Quod ut in Anglia factum eſt, ita etiam a nobis fieri multi percipiunt. Ita ergo contrahemus omnia, ut uno volumine compingi poſſent retenta tamen ſuperioris editionis forma. Excusationem tuam de annotationibus maioribus puto acceptaturos eſſe Wechelios meos nec ego quidquam ea in parte magistro meo velim detrahi, ſed hoc tamen monendum. cenſui, niſi ipſe maturat, eſſe quosdam in vicinia, qui editionem ſint molituri, quia emptores ſe magna charta, quae nunc obtruditur, nimis onerari conqueruntur. De Apollonii et Aeschyli editione nihil polliceri poſſum, nam Wecheliorum alter peregre abeſt, nec multo ante mercatum revertetur, alter vero, qui nunc in urbe eſt, ex itineris difficultate peius valet nec ſine affinis conſenſu quidquam ſtatuerre audeſt, neque puto Stephanum noſtrum aequo animo laturum, ſi ipſius Aeschylo alius opponeretur, praesertim cum ob latinam editionem Herodoti et Graccam Dionysii Halicarnaeſei nobis non leviter ſuccenſeat.“

\*) Lorenz Scholz von Roſenau (1552—1599), Arzt in Breſlau, Gründer des erſten botaniſchen Gartens daſelbſt.

tate profuderunt propter nuntium vitae tuae et testimonium perpetuae et paternae tuae erga me benevolentiae. De nostro illo, qui tam misere iussus est solum vertere, scripsi aliquid ad nostrum palatinum. Dolui magnopere de his, quae sunt commota et nondum sedata apud illam rem publicam. Utinam non res serpat longius, quandoquidem sunt, qui coelum terrae miscere cupiant et miscuissent fortasse nonnihil, si non obstarent adhuc pauci quidem. Deus increpet nautas et mare, ut sequatur tranquillitas. De Oppiano, quae scribis (liceat enim sic nominare illum, cui nomen ab iis, quae iste Cilix tractat<sup>1)</sup> doleo illum non tantum vetera illa sua non corrigere, sed etiam nova parere dogmata. Amo virum propter insignes dotes, quibus eum ornavit dominus, sed in censendo certe nimius est, ut ex multis cognovi. Scribit ad me nonnunquam. Meditor igitur, quomodo illum amice moneam. Audio nunc eum moliri germanicam editionem bibliorum, in qua correcturus nonnulla in versione Lutheri, quam hactenus secutae sunt ecclesiae nostrae. Deus bone, quantum erit vociferationum et clamorum hac de re apud illos, qui Lutherum non patiuntur accusari vel de minimo errato! Ita crescunt ecclesiae vulnera quotidie et nondum apparet illis medicus salutaris, estque in solo deo spes omnis. Illustris princeps Augustus Anhaltinus ante paucos dies mihi certo confirmavit tabellam amicissimi illius nostri,<sup>2)</sup>

<sup>1)</sup> Der Dichter und Grammatiker Oppian stammte aus Cilicien, dessen Bewohner ob ihrer Ktgen berücksichtigt waren. Der Altorfer Jurist Konrad Rittershausen hat den Oppian 1597 ediert.

<sup>2)</sup> Vergleiche Peucers Brief vom 22. Dezember 1594 an Beza: „Tabellae de gradibus praesentiae ita excusae primum Francoforti a Wecheliani, ut apud vos tuo assensu repetita est in ea pagella, quam ad me misisti, multo ante miserat ad me exempla duo Bongarsius. Quorum alterum emendatum (ut videbis in altero, quod adiunxi) mox remisi ad Johannem Aubrium rogans, ut quam primum recuderet. Nam in locis aliquot nec verba cohaerebant nec sensus aliquis ex deficientibus aut male connexis elici poterat. Alterum retinui eodem modo correctum, quod ad te nunc mitto, ut videas non mea culpa commissum errorem, quem vehementer optarim

quam adeo desideras absolutam esse et nos propediem habituros existimo. Cum primum accepero, Daedaleas ei alas fabricabo, quas potero, ut ad te queat mox volare. Poemata tua edita esse<sup>1)</sup> valde gaudeo. Nullum me illorum habere exemplum admodum doleo. Habiturum me alicunde confido. Paludius noster eheu quam beatus est, quod ei licet tecum vivere! Ab eo mecum sunt communicata, quae tu et alii scripsistis contra apostatas Gallicos. Noster Josephus Scaliger (cui nuper obnixè hoc officium petenti ad aliquod mensium usum concessi lexicon Arabicum ante annos multos in Hispania editum) aegre fert se a nonnullis adduci in suspicionem, quasi ad pontificios defecerit, itaque aliquid in clericos parare dicitur. In nostris ecclesiis Germanicis sunt duo monstra, quibus terra non videtur tulisse prorsus aliquid, Philippus Nicolai<sup>2)</sup> et Conradus

te ante iteratam apud vos editionem e vestigio emendasse. Mitto et vestrum eodem modo emendatum, cui si vita suppetierit et vires suffecerint, adiciam aliquid, quod illustret τὴν ἐνωσιν ὑποστατικὴν in persona filii dei et redargnat τῆς πανταχουσίας monstrum synopsi brevi. Περὶ προνοίας etiam καὶ προορισμοῦ, quamprimum mihi concessum aliquid otii fuerit et virium ab imbecillitate corporis, complectar et pertexam, quod cepi.“

<sup>1)</sup> Durch den Baron Wenzel Merfowski. Vergl. Happe, Theodor Beza S. 369.

<sup>2)</sup> Basel, den 11. Juni 1597 hatte schon Polanus an Beza geschrieben: „Edidit Aegidius Hunnius quaestiones et responsiones de providentia et praedestinatione, in quibus ea, quae a te rectissime tradita sunt, tanquam διάβολος torquet, depravat, corrumpit. D. Tossanum non alio quam Elymae loco habet. In summa hoc unum strenue agit, ut toti orbi exosos nostros doctores reddat. Eius calumniis studeo in praelectionibus publicis modeste respondere et veritatem a te et aliis meis praeceptoribus traditam asservare atque iuventutis nostrae animos adversus morsus Hunnii venenatos antidotis praemunire. Contendit vasa irae esse a diabolo κατηγορούμενα ad interitum, decreto electionis non opprimi decretum reprobationis, sed decretum iudicii, et multa alia horrenda asserit. Hunnii vestigiis insistit novus διάβολος. Philippus Nicolai, Unnensis in Westphalia concionator, qui Germanicum edidit scriptum calumniosissimum et atrocissimum sub titulo „De calvinistarum deo“. Nihil unquam legi virulentius, nihil malitiosius. Sed tuebitur deus causam suam

Schusselburgius.<sup>1)</sup> Arcades ambo, o utinam ut Arcadica<sup>2)</sup> germina tractentur! Non dormiet ipsis iudicium domini. Nemo autem nunc plus dat damni quam Cynica Gallica, sed hanc etiam inveniet nemesis. Interim dum isti sunt in pretio, flagellantur Peucerus vivus, Melanthon mortuus crudelissime. Peucerus cogitat de brevi et gravi apologia, quam edat pro sua et soceri sui innocentia ad piam, si quae erit, posteritatem. De Philippo Melanchthone saepe cogito hoc ei accidere, quod domino nostro Jesu Christo, de quo etiam mortuo dictum fuit: „ἐμνήσθημεν, ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνοϛ εἶπεν ἔτι ζῶν etc.“ „Non sum melior patribus meis,“ dicebat propheta. „Non sum melior fratribus meis,“ dicebat Maccabaeus. Bene et feliciter vale in domino nostro, cui servis. Is te servet aeternum. 15. Oct. 1597.

Pratau bei Wittenberg.

D. Dr. Theodor Wolschke.



defendetque veritatem adversus canes istos impurosque porcos Visitatio ecclesiarum in superiore palatinatu feliciter succedit illustrissimo electori, quam speratum fuit. Cives Ambergenses mollescent. Samuel Huberus Spirae adhuc moratur sed invito et irascente vicino Charitino et, ut pellatur civitate, instante. Novum testamentum avidè exspectamus.“

<sup>1)</sup> Konrad Schlüsselburg (1543–1619), zuletzt Superintendent in Stralsund, erregte schon 1567 als junger Student in Wittenberg Aufsehen durch sein Auftreten wider Peuzer und Pezel.

<sup>2)</sup> Durch Plünderung des Tempels des Olympischen Jupiter hatten sich die Urlauber einen bösen Namen gemacht.

## Rechnungsabſchluß für 1918.

### A. Einnahme.

|                                             |           |
|---------------------------------------------|-----------|
| Jahresbeiträge . . . . .                    | 583,— M   |
| Zinsen von Wertpapieren . . . . .           | 165,— M   |
| Beihilfe von der Provinzialsynode . . . . . | 750,— M   |
| Bestand vom Vorjahre . . . . .              | 782,15 M  |
| zusammen                                    | 2280,15 M |

### B. Ausgabe.

|                                                                   |           |
|-------------------------------------------------------------------|-----------|
| Für Druck und Versand des Correspondenz-<br>blattes 1917. . . . . | 1403,— M  |
| Abſchlagszahlung für das Correspondenzblatt<br>1918 . . . . .     | 690,— M   |
| Verschiedene kleinere Ausgaben . . . . .                          | 38,45 M   |
| zusammen                                                          | 2131,45 M |

### Abſchluß.

|                    |           |
|--------------------|-----------|
| Einnahme . . . . . | 2280,15 M |
| Ausgabe . . . . .  | 2131,45 M |
| Bestand            | 148,70 M  |

Geppert.

## Mitteilungen des Vorstandes.

1. Mittwoch, den 8. Oktober d. J., nachmittag 4 Uhr, fand wie alljährlich während der kirchlichen Woche in Breslau die Jahresversammlung statt. Sie war leider schwächer wie sonst besucht. Geheimrat D. Dr. Arnold leitete sie. Pastor Heinzelmann-Glaz trug über „Die Schwendfelder in der Grafschaft Glaz“ vor; er verfolgte auf Grund von Urkunden, besonders der Visitationsakten ihre Spuren.

In der Aussprache wurde auf die Zusammenhänge zwischen diesen Schwendfeldern und den Täufnern in der Grafschaft hingewiesen. Hier liegen noch Probleme vor, die eine Bearbeitung fordern. Superintendent D. Eberlein-Strehlen gab sodann als „Nachhall des Reformations-Jubiläums“ eine Übersicht über die Verbreitung der Lutherweisen und Lieder vor und nach dem Jubiläum von 1917. Der Vortrag ist im Evangelischen Kirchenblatt Nr. 43 gedruckt worden. Schließlich mußte die Versammlung, gezwungen durch die enorme Steigerung der Druckkosten, den Jahresbeitrag auf 5 Mark erhöhen; andernfalls hätte das Correspondenzblatt nicht mehr gedruckt werden können. Die Schulden aus den Vorjahren drücken uns sowieso stark und werden das kleine Vermögen, das wir gesammelt haben, verzehren.

2. Der Evangelische Pfarrverein der Provinz Schlesien hat beschlossen, von der von ihm herauszugebenden *Silesia sacra* den historischen Teil dem Kirchengeschichtlichen Verein zur Bearbeitung zu überlassen. Nach Art der Presbyterologie Ehrhardts würden dann für die einzelnen Fürstentümer die Pastorenverzeichnisse aufzustellen sein. Es wird sich darum handeln, das bereits hierfür vorhandene gedruckte Material zu sichten, zu bearbeiten und durch das in den Archiven der Provinzen vorhandene zu bereichern. Die Pfarrarchive besonders auch in den Kirchenbüchern werden hierfür systematisch zu durchforschen sein. Mitarbeiter, die willig sind, bestimmte Kirchenkreise besonders auch für die archivalische Durchforschung zu übernehmen, wollen sich beim Unterzeichneten melden. In der Oster-Pfingstzeit soll dann zur Besprechung des Planes im einzelnen in Breslau eine Versammlung der Mitarbeiter stattfinden. Bei dieser Gelegenheit werden dann auch noch andere Arbeiten und Aufgaben, die unser Verein hat, besprochen werden können, u. a. auch Werbeversammlungen und kirchengeschichtliche Wanderungen in der Provinz.

3. Wir bitten, neue Mitglieder zu werben. Es könnten noch viele Kirchengemeinden angeschlossen werden.

In jedem Kirchreise sollte ein Mitglied von uns sich der Verbearbeit unterziehen, voran unter den Amtsbrüdern, aber auch unter den geschichtlich interessierten Laien. Geplant werden schon lange Kirchengeschichtliche Blätter in der Art, wie der Verein für Geschichte und Altertum Schlesiens „Schlesische Blätter“ herausgibt. Diese 3 oder 4 mal erscheinenden Blätter würden demnach den Gemeindeblättern gesichteten Stoff bieten, während man jetzt hier nicht selten ungesichteten Überlieferungswust fortgeschleppt findet. Leider macht die Finanzlage die Ausführung dieser Pläne zur Zeit unmöglich. Sollten aber potente Kirchentassen nicht willig gemacht werden können, die Zwecke der schlesischen Kirchengeschichte durch regelmäßige jährliche größere Beihilfen (30—150 Mark) zu unterstützen?

4. Nachdem seit dem 5. Band (1897) kein Register mehr erschienen ist, gilt es ein solches über die weiteren Bände (6—16) vorzubereiten. Mitarbeiter daran sind willkommen.

5. Sobald die Finanzen es gestatten, wird das Verzeichnis unserer reichen Bibliothek erneut erscheinen (zuletzt veröffentlicht Bd. 4, 4 flgd. und S. 182 flgd.) Wir bitten aber erneut die Herausgeber von Jubelbüchern, Geschichten der Pfarochien, Verfasser von geschichtlichen Aufsätzen um Zuvendung ihrer Veröffentlichung für unsere Bibliothek. Auch die Gemeindeblätter, soweit sie den geschichtlichen Teil pflegen, haben wir erbeten, bisher leider vergeblich.

6. Es wird die Mitglieder interessieren, daß die Zeitschrift für Kirchengeschichte (Redakteur Prof. D. Zscharnack-Berlin-Steglich) jetzt auch der Provinzial-Kirchengeschichte einen besonderen Raum gewährt. Heft 1 des XXXVIII. Bd. Neue Folge I bringt S. 138—165 eine Übersicht zur Geschichte und Aufgabe der deutschen evangelischen kirchengeschichtlichen Organisationen und sodann Berichte über 10 Einzelvereine. Das nächste Heft wird auch einen Bericht über unsern Verein enthalten. Wir haben bei der Zentralstelle einen gegenseitigen Austausch der Publikationen und gelegentliche „kirchenhistorische Tage“, d. h. Tagungen der

Vertreter der Einzelvereine, ähnlich den Versammlungen der Historiker Deutschlands angeregt.

7. Eine Bibliographie auch über die Neuerscheinungen auf dem Gebiete der evangelischen Kirchengeschichte Schlesiens bringt dankenswerter Weise die jährliche Veröffentlichung des Vereins für Geschichte Schlesiens. Es wird erwogen, ob es sich empfiehlt, im Correspondenzblatt eine Ergänzung dazu zu bringen. Wir wären aber schon jetzt dankbar, wenn Leser größerer Zeitungen (der „Schles. Zeitung“, „Breslauer Zeitung“ u. a.) uns auf größere und kleinere Artikel über die Vergangenheit und Gegenwart der evangelischen Kirche Schlesiens und ihre Gemeinden aufmerksam machten, am besten die Ausschnitte uns übersendeten. Wer es regelmäßig tun will, wolle es uns freundlichst wissen lassen. Ebenso sind wir auch den Orten, wo besondere geschichtliche Vereine bestehen (Görlitz, Piesnitz, Reisse u. a.) sehr dankbar für Mitteilungen über kirchengeschichtliche Erörterungen in ihren Vereinen und Übersendung der betr. Publikationen. Selbstverständlich wären uns auch Mitteilungen über katholische Arbeiten und Aufsätze zur Kirchengeschichte unserer Provinz sehr willkommen.

8. Der Vereinsbeitrag in Höhe von 5 Mark ist bald an Herrn P. Geppert in Neurode erbeten. Beiträge, die 14 Tage nach Ausgabe des Correspondenzblattes nicht eingegangen sind, werden durch Nachnahme erhoben. Wer etwa schon 3 Mark Beitrag gezahlt hat, wolle freundlichst 2 Mark noch nachzahlen.

9. Aufsätze für das Fest 1920 sind bis Ostern an den Unterzeichnenden erbeten.

G. Eberlein.